

05

A

1854





ⲛⲓⲧⲓⲛⲁⲓ ⲛⲓⲧⲓⲛⲁⲓ ⲛⲓⲧⲓⲛⲁⲓ ⲛⲓⲧⲓⲛⲁⲓ ⲛⲓⲧⲓⲛⲁⲓ

XIV

H TOY TETIMHMENNOY TIMH,

Sive

DE

PRETIO,

Qvo Salvator noster inæstimabilis æstimatus,

Ex Jeremiæ vaticinio

A Matthæo Cap. XXVII. Commat. 9 & 10

citato,

DISSERTATIO PHILOLOGICA,

Quam

DEI T. O. M. Superiorumq; Indultu,

SUB PRÆSIDIO

VIRI Præ-eximij, Præclarissimiq;

DN. M. GEORGII Schwarzen/

Greifswald. - Pomerani,

Dn. Fautoris ac Contubernalis sui

omni honoris cultu prosequendi,

IN

ILLUSTRIS LEUCOREÆ

Auditorio Veteri,

A. C. 1778 LXXVIII. die 24 Aprilis

Horis antemeridianis,

ad

placidam Eruditorum disquisitionem

publicè proponis

CHRISTIANUS Lofevitz / Stralæfundensis,

Auctor & Respondens.



WITTEBERGÆ, Typis CHRISTIANI SCHRÖPTERL.





05 A 1854



I. N. J.

S. 1.

Hilologicam dum sistimus Dissertationem, statim à Resolutione Dicti nostri, Matth. XXVII, 9 & 10 contenti, ordimur, in eoq; I. *Vaticinij Prophetici Citationem*, & II. *Ejusdem Recitationem*, quæ iterum I. *Iniquitatis Pretium*, 2. *Pretij usum* & 3. *predictionis Principium* proponit, observamus. In Vaticinii citatione omnium primò occurrit Particula *Τότε, Tunc*, hoc loco exponenda & de occasione & de tempore. Respicitur enim hâc ipsâ ad antecedentia, quomodo Summi Sacerdotes triginta illos argenteos, execrabile Proditionis Judæ pretium, ærario templi immittere noluerint, sed ad agrum quendam emendum impenderint; Hâc igitur occasione & hoc tempore impletum esse vaticinium Prophetæ inquit Evangelista.

S. 2. Excipit hanc Particulam verbum *ἐπληρώθη*. Esse id 3. Sing. aor. 1. Pass. Indic. quilibet facile videt. Thema, à quo oritur, est *πληρῶ*, quod significat *impleo, absolvo, finio* &c. Propriè usurpatur de impletione mensuræ, quando nempe Mensura plena & integra conspicitur. Deinde etiam *Metaphoricè* de aliâ quâcunq; impletione adhibetur. (α) Sapissimè autem in N. Test. Scriptura impleri dicitur, quando nempe illud perficitur & plenè contingit, quod in eâ pronunciatum exstat. In quo significato etiam hoc in loco accipitur. Quot modis autem S. Scriptura aliàs impleatur, nostrum non est hîc explicare. Videantur *Chemnitius*, (β) *D. Glasius*, (γ) *Hackspan*, (δ) *D. Kesler*, (ε) *Mullerus*, (ζ) *Rivetus*, (η) & *Sculretus* (θ) qui pluribus de hâc materiâ egerunt.

S. 3. Adhiberi autem hoc loco vocem *ἐπληρώθη* de impletione Scripturæ, addita vocula *ῥηθὲν* indicat, quæ est aor. 1. Part. Pass. verbi *ῥέω* dico vel fluo, quod sermo sit veluti fluentium è pulmonibus per os uti *Joh. Leusdenius* (i) observat. Hinc *ῥηθὲν* significat id, quod dictum est, sive solâ voce efferatur sive etiam simul scriptis mandetur. Hoc loco tamen non id, quod simul scriptum, sed quod tantum ore prolatum est, voculâ *ῥηθὲν* intelligitur.

α) *Vid. Flac. Part. 1. Clav. Script p. 417 418.*

β) *Harm. Ev. ang. c. CXII, p. 249. seq.*

γ) *Exeg. Evang. Dom. post Circumcis. Christi.*

δ) *in Sylloge.*

ε) *Disput. inaug. de Alleg. Dict. V. T. c. V & VI.*

ζ) *Judais. lib.*

η) *III. c. 3. p. 1337*

θ) *in Osea XL p. 340.*

i) *Exerc. Evang. lib. 1. c. 60. p. 157.*

κ) *Clav. Grad. N. T. p. 10.*

§. 4. A quo verò Dictum hoc, quod hic impletum dici-
 tur, profectum sit, sequentia indicant verba $\alpha\lambda\gamma\iota$ $\iota\epsilon\gamma\epsilon\mu\acute{\iota}\alpha\varsigma$ $\omega\epsilon\gamma\Phi\acute{\eta}\nu\alpha$
 2) *Phil. S. Lib III. Tr. VI. τγ.* Particula $\alpha\lambda\gamma\iota$ varias in N. T. significaciones, quas *Glasius*
Can. 9. p. 537 (κ) & *Pasor* (λ) satis explicarunt, admittit. Hic sumitur *causa-*
538. liter, nec tamen *Causam Formalem* (μ) *Finalem* (ν) vel *Efficientem*
λ) Lex Grac. Principalem (ξ) sed *ministerialem*, seu *Instrumentalem* notat. Sy-
p. 182. 183. rus hanc significacionem satis expressit voce בַּיָּד *per manum*.
 4) *Rom. III, 25. V, 18.* Quæ locutio Ebraeis imprimis ut & Syris maximè familiaris est, ut
 1) *Rom. IV, 25. VI, 4. I. Tim. IV, 14.* pro PER dicant בַּיָּד , ubi *manus* idē illis quod *ministeriū* denotat:
 Imò in ipso Græco N. T. textu (o) similis loquendi modus reperitur.
 Cæterum quisnam aliàs hujus Particulæ usus sit in Causâ Justifi-
 cationis nostræ, *Glasius* (π) & *Balth. Meisnerus* (ρ) exponunt.
 2) *Job. I, 3. VI, 57. Act. III, 16. Rom. I, 5. V, 2. XI, 36. Gal. I, 1. II. Tim I, 14. Ebr. I, 2. II, 10. IX, 14.*
 §. 5. Vox autem $\iota\epsilon\gamma\epsilon\mu\acute{\iota}\alpha\varsigma$ origine Ebraica יְרֵמִיָּה compo-
 nitur ex R. Hebraicâ יָרַם quæ significat *altum esse*, & voce
 יְהוָה quæ est nomen DEI. Ita contra *Schindlerum* & *Buxtorfium*
 (σ) *Excellent. Pfeifferus* (τ) *Hottingerus* (υ) & *Leusdenius* (ϕ)
 statuunt. Nec obstat huic derivationi, quod hoc nomen יְרֵמִיָּה
 Mappik careat, cum etiam יְרֵמִיָּהוּ aliâq; ex nomine יְהוָה compo-
 sita eodem careant. Nomina præterea sæpissimè in compositione
 mutationem patiuntur. Concedimus etiam loco יְרֵמִיָּה sæpius
 dici יְרֵמִיָּהוּ accedente הוּ , sed illud הוּ sive sit Paragogicum, sive sit
 ex pronomine נָהוּ desumptum, tamen יְהוָה manet. Est igitur
 3) *c. l. p. 540. 541.* $\iota\epsilon\gamma\epsilon\mu\acute{\iota}\alpha\varsigma$ vi nominis idem quod *Sublimitas Domini*, uti præter a-
 hos *Becmannus* (χ) observat. De Parentibus autem, Vitâ &
 4) *Phil. Sobr. Part. II Sect. 1. Cap. IV. p. 9. p. 343. seqq.* Prophetiis hujus Prophetæ præter commentatores videatur *Lau-*
rentius Fabricius. (ψ)
 §. 6. Hoc loco describit Evangelista Jeremiam *ab Officio*
 per additam voculam $\omega\epsilon\gamma\Phi\acute{\eta}\nu\alpha$. Unde autem ea derivetur,
 non omnium eadem est sententia. Quidam enim derivant il-
 lam à $\Phi\acute{\alpha}\iota\upsilon\epsilon\upsilon$, *in lucem proferre, ostendere*, quia scil. Prophetæ
 5) *de nom. divin. th. 35.* populo eventus ostendere & annunciare solebant; Alii à Passivo
 6) *Dissert. de Nom. Divin. th. 18.* $\Phi\acute{\alpha}\iota\upsilon\epsilon\upsilon$ apparere, quia arcana illis per visiones apparebant. Alii,
 & quidē rectiūs, $\alpha\lambda\gamma\iota$ $\omega\epsilon\gamma\Phi\acute{\eta}\nu\alpha$ *prædico*, quia nempe futura præ-
 dicere siveverunt. Vocabulum $\omega\epsilon\gamma\Phi\acute{\eta}\nu\alpha$ aliàs in N. T. $\iota\epsilon\chi\omicron\chi\iota\kappa\omega\varsigma$
 7) *Fasc. Diff. p. 267.* Φ) *Phil. Hebr. Dissert. XXXI. §. 6. p. 322.* χ) *de Orig. Latin. Ling. p. 498.*
 8) *Part. Cod. Hebr. Cap. XVII. p. 94. 95. 96.*

ipsi Christo tribuitur, (ω) item Prophetis V. T. (α) imò & illis, ω) *Matth.*
qui in N. T. dono prædicendi futura instructi fuerunt (β) ut & *XXI, 11. Luc.*
præconibus verbi divini. (γ) Hoc loco Prophetam V. T. intelligi *V, 16.*
præcedens vox *Ἰερεμίας* satis indicavit. α) *Luc. XVI*

§. 7. Non autem occurrit vox *Ἰερεμίας* in Versione Syria- 29. *Act. III,*
câ & Persicâ. Unde non leves de hâc voce apud Interpretes ortæ 24.
sunt controversiæ. Invenitur autem locus quidam huic similis β) *Act. XI, 28*
Zach. XI. v. 12 & 13. Hinc nonnulli existimant esse vocem *Ἰερεμίας*, *XXI, 10.*
αὐτῶν τῶν ἀφ᾽ οὐρανοῦ seu Errorem calami & librariorum. Atq; γ) *I. Cor.*
hi iterum commodè in tres dividi possunt classes. Quarum pri- *XIV, 9.*
ma est statuentium, Nomen Jeremiæ non esse de Textu, neq; il- δ) *in Matth. 27*
lud olim in Matthæo existisse, sed esse à Librario aut Descripto- ε) *ad A. C.*
re, vel ex imperitiâ, vel ex temeritate adjectum. Huic senten- *XXXIV.*
tiæ addicti sunt ex veteribus nonnulli, uti ex Origine (δ) constat. ζ) *in Matth.*
Quos secuti è Pontificiis *Baronius* (ε) & *Maldonatus* (ζ) E Refor- 27. p. 631.
matis *Calvinus* (η) & *Beza* (θ) Quibus accedunt *Calixtus* (ι) & η) *Harmon.*
Lucas Osiander (κ). Alteram Classem illi constituunt, qui existi- p. 354.
mant Scribarum errore nomen hoc immutatum & Jeremiam pro θ) *in b. l.*
Zachariâ positum. Eam sententiam *Eusebius* (λ) attingit, eiq; ι) *Concord.*
potissimum Pontificii inhaerent, ut è *Jansenio*, (μ) *Svaretio* (ν) & *Evang. Lib.*
Cornelio à Lapide (ξ) videre est. E Reformatis sentit hoc ipsum *VI. c. 11.*
Musculus (ο) & *Ludovicus Capellus* (π). Imò etiam *Francisco Go-* κ) *in Para-*
maro (ρ) hæc explicatio probabilis videtur. Tertia deniq; Classis pbrasi ad b. l.
eos complectitur, qui existimant, hanc corruptionem occasione λ) *Lib. X. De-*
Abbreviaturæ in Textum irrepsisse, dum pro ζ) seu *Zachariâ* le- monst. *Ev.*
ctum sit *Ἰερεμίας*, ut *Beza* (σ) & *Piscator* (τ) existimant, quod *Cap. 5.*
& *Flacio* (υ) verisimile videtur. μ) *in b. l.*

§. 8. Sed nos potius cum *Francisco Junio* (Φ) dicimus: *Ve-* ν) *Part. 3.*
vustas & Consensus omnium exemplarium (uti apparet ex editione *tom. 2. Diss.*
Regiâ, Comp' uensi, Wecheliana, Erasmi, Roberti, Stephani, A- 34. *sect. 1. S-*
riæ, Montani aliorumq;) *quæ jam olim versatâ sunt in Orthodo-* ult.
xorum manibus videtur nobis hoc defensionis genus extorquere. ξ) *in Zach.*
Ac licet in Versione *Syriacâ & Persicâ* Vox Jeremiæ non reperia- *XI, 13.*
tur, tamen reliquæ eandem agnoscunt. Nempe Versio *Ambica*, ο) *in Matth. 27*
Æthiopica, Latina, Germanica, (non solum *B. Lutheri & Dieten-* π) *Crit. Sacr.*
bergers Lib. VI. cap.

Α 3
δ. p. 417. e) *Tom. 1. Oper. p. 142.* σ) *in b. l. p. m. 151.* τ) *in b. l. pag. 152.* υ) *in Gloss. N.*
T. p. 127. Φ) *Lib. I. Parall. 48.*

Bergeri/ sed quædam Anno 1483. Norimbergæ edita) *Bobemica, Italica, Hispanica, Anglica, Polonica & Danica.* In quibus omnibus nomen Jeremiæ habetur. Esse autem hanc vocem Scribarum errore additam vel mutatam, contra divinam pugnat Providentiam, quæ nullo modo permisit, ut Sacri Codici Textus, *Hist. cap. 18.* quoad omnia Exemplaria corrumpere, de quo paulo post. (x) *Lib. III. de* Vocem hanc autem abbreviatè scriptam fuisse, planè incertum. *Conf. Ev. c. 7.* est, cum contrarium potius ex *Eusebio* (y) pateat. Præterea non est tanta literæ i & z conformitas, ut facilè permutari quiverint, unde & *Augustinus* (w) hoc rejicit.

(b) *Part. I. O. §. 9.* Rejctâ igitur illorum sententiâ, qui hîc Scribarum per. p. 142. arguunt incuriam, reliquorum Explicationes paucis etiam attingimus, & videndum, quid de illis sentiendum, qui asserunt occurrere hîc *μνημονικὸν σφάλμα* Auctoris s. Matthæi, qui ex memoria lapsu per incogitantiam loco Zachariæ scripserit Jeremiam. Hunc sensum *Beza* (a) *Eusebio* & *Augustino* (sed falsò) tribuit, quem eam ob causam *Fr. Gomarus* (b) meritò refutat, dicens: *Beza, dum ait, Eusebium censere cum Augustino esse auctorem, in eo ipso auctorem commisit.* Interim huic sententiæ favet *Erasmus* (y) & *Nortonus Knatchbul* & 77. *Anglus.* (d) Sic etiam blasphemi Sociniani de hoc loco oggannunt, uti ex ipso infausito videre est *Socino* (e) qui meritò à *D. Thum-Phorin* p. 120 mio (z) & *Magnif. Dn. D. Deutschmann* (n) *Fautore, & Studio-* rum nostrorum *Promotore* refutatur. Hæc Expositio verò ipsi contrariatur *Scripturæ* (f), unde & *B. Walthero* (g) *Blasphemias in* *Diff. IX. ipsum Spiritum Sanctum redundans* dicitur.

(h) *Job. XVI,* lim quidem in Prophetiâ Jeremiæ existisse, sed Judæorum malitiâ è Textu Prophetico erasum atq; sublatum esse. In quam sententiâ inclinât *Eusebius* (u) & *Justinus* (λ) Sed uti hâc ratione Auctoritas *Scripturæ Canonice V. T. & integritas Textus auctentici* ambigua redditur, ita insuper nulla sufficiens afferri potest ratio, cur Judæi relictis aliis V. Test. dictis, hunc locum corruerint. Videri de hâc re poterunt Puritatem Fontium malè defendentes *Brochmannus* (μ) *Gerhardus* (v) *Glasius*, (ξ) *Tryph. Jud.*

(κ) *Tom. I. Syst. Loc. de Script. S. c. 2. v) in Exeg. J. L. CC. de Script. S. cap. X. §. 115. & Conf. Cathol. Lib. Special. Part. I. Art. I. c. 2. ξ) Phil. S. Lib. I. Traît. I. à p. 1. ad 124.*

Munnius (o) *Kromajerus* (π) *Waltherus* (e) *Dn. D. Wasimueb* (σ) *o de V. D.*
 aliique, in primis celeberrima *Leucoræ* hujus *Lumina*, *Magnif. contra Bel-*
Dn. D. Galovius (τ) *Magnif. Dn. D. Meisnerus* (υ) *Magn. Dn. D. larm.*
Qvendstet (ϑ) & *Magn. Dn. D. Deutschmann* (χ) *Præceptores π) Theol. Po-*
 ac *Patroni* filiali à nobis *observantiâ* colendi. *lit. Polem. p.*

§. 11. Missis his portò accedimus ad reliquas opinio-
 nes Orthodoxiæ non adeò contrarias, uti hætenus recensitæ
 fuerunt. Sistit igitur se quarto loco sententia eorum, qui con-
 tendunt, Matthæum citare quidem hoc Vaticinium ex libro Jere-
 miæ, sed non ex eo, qui hodie superest, & in canone habetur,
 sed ex Apocrypho quodam. Ita conjicit *Origenes* (ω) *Tertulli-*
anus Lyra (α) & *Vossius* (β). Quam sententiam *Hieronymus* con-
 firmat, dicens: (γ) *Legi nuper in quodam Hebraico volumine,*
quod Nazarena Secta mihi Hebraus obtulit, Jeremia Apocryphum,
in quo hæc ad verbum scripta reperi. Sed hanc Explicationem
B. Waltherus (δ) rectissimè *periculosam* appellat: Imò *D. Thum-*
mius (ε) eam *falsissimam* judicat. Parum in super istiusmodi
 Apocryphis tribuendum, uti ex *Ireneo* (ζ) *Epiphano* (η) *Euse-*
bio (θ) aliisque notum.

§. 12. Succedit quinto Classis eorum, qui existimant, Mat-
 thæum ob summam Prophetarum unitatem & Harmoniam,
 unonominato totum Prophetarum volumen notare voluisse; Ad-
 dunt insuper quod etiam *Jeremias* & *Zacharias* uno acti fuerint
 Spiritu. Hanc sententiam post allatas plurimas expositiones
 amplectitur *Augustinus* (i) *Glossa ordinaria* (κ) *Beda* (λ) *Gerhar-*
du (μ) *Glassius* (ν) & *Waltherus* (ξ). Hæc autem expositio, uti
 satis ingeniosa & à viris magni nominis excogitata & approba-
 ta, tamen non omnis expers est difficultatis. Observant enim
 alii, etiamsi unus Auctor sit Principalis, confundi tamen Ama-
 nueuses non debere.

cap. 3. §. 22. γ) *Tom. III. Comment. in Matth. 27. f. 724.* δ) *Harm. Bibl. p.*
 875. ε) *Disput. de Verbo DEI p. 106.* ζ) *Lib. 1. adv. heres. c. 17. f. 68.* η) *Lib. 1. Tom.*
 3. *Her. 39. f. 129.* θ) *Lib. III. Hist. Eccles. c. 25.* i) *Lib. III. de Conf. Evang. c. 7.*
 κ) *in b. l. Matth. λ) Tom. V. Comm. in b. l. f. 110.* μ) *Harm. Evang. c. 190. p.*
 1857. ν) *Lib. 1. Phil. S. p. 137. 138.* ξ) *Harm. Bibl. p. 874. 875.*

58.
 e) *Harm. Biblic. p. 80.*
 σ) *in vindic.*
 τ) *crit. Sac. & Tom. 1.*
 υ) *Syst. p. 731.*
 φ) *in Colleg. Anti-Syncr. Sect. II. lac. 2 de Scrp. S.*
 ψ) *Tract. de Script. S.*
 χ) *c. l. p. 142. 143. & Disput. de eter. na verbi DEI duratione p. 15.*
 ω) *Tom. II. Hom. 35. in Matth.*
 α) *in b. l.*
 β) *Harm. E-*

§. 13. *Nec vang. lib. II.*

§. 13. Nec sextò assensum meretur novissima *Johannis*
 & *Talmud Lightfooti* explicatio, (o) qui *Jeremiam*, ut *Principem Prophetarum*, omnium primum ponit eundemque ut & *Ezechielem* & *Esaiam*
ad c. XXVII pramittit, rationes adducit ex *Babyl. Bava Bathra* (π) sed con-
Matth. v. 9. trarium *R. Isaac Abarbanel* prolixissimè testatur (ρ) dicens inter
 (π) *cap. 1.* *Masschet.* alia : קדמונינו בני הגולה לא נהנו כן כי אם להקדים ישיעיהו ואחריו יחזקל ואחריו תרשיש :
fol. 14. *ρ) Prefat.* *Majores nostri qui in exilio versantur, non ita consueverunt, sed*
in Esaiam *Esaiam pramiserunt, Ezechielem verò & duodecim minores sub-*
 (σ) *Prefat.* *junxerunt.* Adducit quidem *Lightfootus* *R. D. Kimchium* qui
 (τ) *Comment* *Jerem.* *Jeremiam* *Esaiæ* pramittit, sed contrarium ex eodem *Kim-*
in Esaiam. *chio* (τ) producimus dum sic ait : בכל הספרים אשר ראנו שנכתבו בספר דגכמה שנים
 (υ) *Histor.* *סדרם לפני זמנם ישעיהו קודם לירמיהו כמו*
Pass. & Cru- *קדם.* *In omnibus melioribus libris, quos mul-*
cif. p. 56. *tis annis in Hispaniâ vidimus, ordo illorum secundum eorum tem-*
 (φ) *annot.* *pus habetur, ut Esaias Jeremiam antecedit, sicut ille hoc anti-*
ad h. l. *quior est.* De hac sententiâ *Jeremiam* *Esaiæ* proponendum
 (χ) *Comment* *esse ita dicit B. D. Henricus Müller* (υ) *se hoc consicere, non au-*
in Zach. XI, *tem statuere.* Sed quia hæc assertio falsâ & incertâ *Rabbinorum*
p. 733. *nititur Hypothesi, meritò eandem deserimus.*
 (ψ) *in Zach.*
XI. p. 301. §. 14. Accingimus nos igitur ad sententiam eorum, qui
 (ω) *Part. 1. 0-* *septimò nodum hunc hac ratione solvere conatur, ut statuant*
per. p. 142. *Zachariam duplici insignitum fuisse nomine, & aliàs Jeremi-*
 (α) *in Ana-* *am dictum, adeoq; hic non intelligi Filium Chilkia, qui inter*
lys. ad Mat. *Prophetas numeratur Majores & Josiæ docuit temporibus, sed*
 (β) *c. l.* *filium Berechiz, qui post captivitatem Babylonicam vaticina-*
 (γ) *Lib. IV.* *tus fuit.* Quæ sententia maximè *Erasmio* (φ) *Balduino* (χ)
Grammat. *Tarnovio* (ψ) *Fr. Gomaro* (ω) & *Fr. Junio* (α) probatur, & *B. D.*
Sacr. Tract. *Müllerus eam* (β) *simplicissimam & minus periculi habentem judi-*
III. obs. 12. p. *cat.* *At viris hisce haud infimi sublelli facile concedimus, sæ-*
 (δ) *85. seqq.* *pius in Scripturis uni Personæ duo vel plura imposita esse nomi-*
na uti Glassius accuratissimè (γ) annotavit. Sed de *Zachariâ*,
 quod duplici insignitus fuerit nomine, ne vestigia quidem in
Sacris invenimus.

§. 15. Conantur igitur alii octavo hoc asserere Zachariam vixisse in Disciplina Jeremiae; ac proinde prophetiam Jeremiae ad nos per Discipulum ejus Zachariam pervenisse. Quae sententia praeter caeteris Francisco Junio (d) & Ravanella (e) probatur. Similiter Thummius de ea (z) dicit: *Citra dubium informatus est Zacharias in schola Jeremiae, & haec, si non scripto, certe auribus ex ore Preceptoris excepit.* Ast haec sententia iterum certo caret fundamento; imò contrarium potius ex collatione temporum, quibus uterque vixit, apparet. Docuit enim Jeremias ante vastatam Hierosolymam, Zacharias autem, uti ex Cap. I. v. 1. Prophetiae ejusdem videre est, secundo demum Darii anno officium suum inchoavit Propheticum. Jam verò, uti ex Chronologis constat, CLXXX anni inter Prophetiae Zacharianae initium & urbis excidium praeterlapsi sunt. Unde haec Jeremiae Prophetia post ducentos saltem annos literis fuisset signata, quod tamen planè incertum est.

§. 16. Diversam adhuc nono habent conjecturam Hammondus & Josephus Medus (n) existimantes, Evangelistam hanc allegatione indicare, voluisse, quod haec tria capita, quae à Judaeis Zachariae adscribuntur nempe IX. X. & XI. sint reverà Prophetiae Jeremiae. Sed Zacharias cap. I. 1. testatur, se visiones & Prophetias non ab altero auditas, sed sibi inspiratas proferre. Imò in ipso capite XI, 4. ait: *Dixit Dominus meus.* Item v. 15. *Dixit Dominus ad me* & in hoc loco, quem Zachariae adscribunt v. 13. dicit expressè: *Dicit Dominus ad me:* Ergo non erit Prophetia Jeremiae, sed ipsius Zachariae.

§. 17. Multò minus illorum nobis probatur sententia, qui decimo existimant, Evangelistam, citando Jeremiam, respexisse ad Judaeorum persuasionem, imaginantium sibi, Jeremiam ex Aegypto rediisse assumpto Zachariae nomine, vel per μεταμύχων in Zachariam transmigrasse, sicque Jeremiam eundem ac Zachariam esse, (9) Quae expositio, cum fabulas sapiat Judaeorum, magis explosione, quam refutatione digna est.

§. 18. Restat ut undecimo ad eos nos conferamus, qui Vaticinium hoc non ex unius Prophetae, sed ex plurium scriptis in unam sententiam conflatum & uni Jeremiae tributum volunt.

B

lunt.

d) Tom. 2.

Parall. par.

48.

e) Biblioth.

Sacr. in voce

Jerem.

z) in Impiet.

Photin. p. 122

n) Lib. IV.

Epist. 31.

9) Vid. Hug

Grot. ad h. l.

ε) Lib. 1. adv.
bæref. n. 39.
κ) in Cap.
XI. Zach.

λ) Exercit.
Sac. ad h. l.
Matth. p. 85

μ) c. l.
ν) in Hakel-
dama p. 94.
seqq.
ξ) Phil. S.
lib. 1. Tract.
2. p. 158.
ο) Harm.
Bibl.

π) in Impiet
Photin. p.
120. & 121.

lunt. Hi iterum in varias abeunt classes. Quidam cum *Epi-
phanio* (ε) hoc Vaticinium tribus attribuunt Prophetis. Alii
cum *Sanctio* (κ) illud duobus Jeremiæ & Zachariæ adscribunt.
Apud quos tamen iterum sententiarum occurrunt divortia.
Nam quod Zachariæ Prophetiam attinet, omnes quidem unani-
mi consensu Cap. XI. v. 12. & 13. citant. Quod autem Jeremiam
concernit, alii Caput illius XVIII, alii XIX, alii XXXI, alii XXXII
allegant. Sed in cap. XVIII Jeremiæ nil nisi nomen figuli oc-
currit, & Propheta jussus est, domum Figuli ingredi, quod pa-
rùm ad præsentem facit Textum. Ad Cap. XIX Heinsius (λ)
respicit, ubi de agro ob eadem abominabili agitur; Hinc ver-
ba Evangelistæ sic exponit: τὸτε ἐπληρώθη τὸ ῥηθὲν διὰ Ἰερεμίου
(tunc impletum est, quod dictum est per Prophetam Jeremiam)
καὶ τὰ προφῆτα λέγουσι, & per Prophetam qui dixit: h. e. &
per Prophetam alterum qui dixit: Sed uti hoc probare in Heinsio,
viro aliàs celeberrimo, non possumus, quod Textui voculam
ἡ addat, quæ tamen de Textu non est, etiamsi ille (μ) Rober-
tum Stephanum & lectiones variantes ad probandam suam expo-
sitionem adducat; sic ea, quæ cap. XIX Jeremiæ traduntur, ab
hoc vaticinio à Matthæo citato, penitus aliena sunt. Caput
XXXI, v. 38. 34. 40. D. Schlegel (ν) citat, quod etiam parùm huc
quadrat. Caput denique XXXII. B. Glassius (ξ) & B. Waltherus
(ο) adducunt. Sed præterea huic nostro non respondet, emit-
præterea Jeremias agrum ibi pro se & suis, hîc, à Matthæo cita-
tus, in sepulturam peregrinorum emtus est.

§. 19. Alii duodecimo cum *Thummio* τὸ ἐπιχεῖν arripiunt,
qui de loco hoc ita ait: (π) Forsan jam nostra exspectatur *Epi-
crisis*, quæ tamen potius Augustini τὸ ἐπιχεῖν & ingenuum nescire
quàm temerariam aliquam assertionem profiteamur. Et paulò
post inquit: Caterùm differemus ad *Academiam Paradisiacam*,
ubi plenius & planius de hoc controverso & omnibus dubiis & ἐνα-
νοφανεῖσι locis erudiemur.

§. 20. Nos postquam præcipuas de hâc citatione satis
controversâ sententias recensuimus, quemlibet in iis, quæ Or-
thodoxiæ non adverfantur, suo abundare sensu permittimus, &
rem ipsam accuratiori ac pleniori Theologorum judicio com-
mitti-

mittimus. Si tamen aliquid statuendum nobis est, ne Philolo- e) *Bibl. il-*
gi limites transgrediamur, literis & verbis ipsius Textus Origina- *lust. in h. l.*
lis unicè insistimus, ubi dicitur τότε ἐπληρώθη τὸ PHΘEN Δε σ) *Meditat.*
Ἱερεμίας, καὶ Φήτις. Tunc impletum est, quod DICTUM est per *Passional.*
Prophetam Jeremiam. Ex his igitur sacri hujus Textus verbis *Differt.*
hanc eruimus sententiam: Sequentia verba à Matthæo è Jeremiâ *XVII. p. 134.*
citata, reverà Jeremiæ esse, non autem in scriptis ejus confi- τ) *Disput.*
gnata, sed ab eodem saltem DICTA ac ore prolata, atque Mat- *Inaug. de*
thæo à Spiritu Sancto inspirata. Habemus in hâc sententiâ *Dictis Scripæ*
præeuntes *Magnif. Dn. D. Calovium (e) & Magnif. Dn. D. in N.T. alle-*
Deutschmann (σ) Patronos atq; Præceptores observantissimè co- *gatis S. 14.*
lentos, cum quibus B. D. Keslerus (τ) Franciscus Gomarus (υ) alii- υ) *Tom. 1. O-*
que à *Magnif. Dn. D. Calovio (φ) citati, faciunt: Similis loquen-* *per. p. 143.*
dimodus *Matth. II, 23. & Epist. Judæ v. 14. 15. occurrit.* φ) *c. l.*
§. 21. Confirmat insuper hanc nostram sententiam addi- χ) *Part. I.*
ta vocula λέγοντ, quæ notanter additur: non enim dicitur *Clav. Script.*
Γεγάροντ, *Scribensis*, sed ΛΕΓΟΝΤΟΣ DICENTIS. Descen- *p. m. 594.*
dit hæc vox à verbo λέγω, quod propriè significat *dico, ore ali-* ψ) *Matt. IX*
quid profero. Differt eadem à verbo λαλέω, ut *Flacius (χ) te-* *3. XXIV. 48.*
statur. Cæterum varias hæc vox alias in N. T. significationes ω) *1. Cor. XII*
admittit, dum modò *cogitandi (ψ) modò celebrandi (ω) modo* *3.*
præcipiendi (α) modo promittendi (β) vim habet, de quo vide- α) *Marc. V,*
antur Concordantiæ Græciæ. Sæpius quidem illud etiam, quod *41.*
non solum ore prolatum, sed & literis consignatum est, hoc β) *Job. XVI,*
verbo innuitur: Imprimis hæc ipsa loquendi formula *Impletum* *26.*
est dictum per Prophetam dicentem sæpius in ipso *Matthæo (γ)* γ) *cap. II, 17*
reperitur, ubi & ore prolatum & simul literis consignatum deno- *III, 3. IV, 14.*
tat; Sed hoc loco strictius accipitur, pro eo saltem, quod ore *VIII, 17. XII,*
prolatum est, quia hoc vaticinium in Jeremiæ, scriptis non in- *17. XIII, 35.*
venimus. *XXI, 4.*

§. 22. Sed missâ Vaticinii hujus Citatione porrò Recita-
tionem ipsam contemplabimur, in quâ primò sese sistit ipsum Pre-
tium, de quo Evangelista ita: καὶ ἔλαβον τὰ τριάκοντα ἀργύρια
&c. De Particulâ paulo post (δ) quædam monebimus. Jam ad vo-
cem ἔλαβον pergim⁹ quæ est aoristus 2. à præsentī λήβω in usitato,
pro quò vulgò usurpatur anomalum λάμβανω, quod signifi-

cat accipio, capio, conseqvor, item patior, de quo videantur *Lexica*
2) *Gesneri*, *Græca* (ε) & *Guliel. Budeus.* (ζ) De Explicatione & resolutione
Gillii, Wal- ejusdem hoc in loco variant Auctores, dum quidam eandem in
deri. tertiâ plurali, quidam in primâ singulari, quidam in definitè su-
3) *Com-* munt. In tertiâ plurali eam per vocem *Acceperunt* interpretan-
ment. Græc. tur *Maldonatus, Beza, Erasmus & Lucas Brugensis.* In primâ
Ling. p. 688. singulari pro *accepi* sumunt *Castalio, Piscator & Tremellius,* &
hi semper objiciunt auctoritatem *Versionis Syriacæ,* quia in eâ-
dem habetur vocula $\Delta \text{---} \text{---} \text{---} \text{---}$ quæ est 1. sing. Præteriti Peal.

n) in Annot.
ad b. l.

â Rad. $\text{---} \text{---} \text{---}$ quæ significat *accepit, tulit, portavit.* Indefi-
nité eam sumit *Grotius;* dicens (η) *ἐλαβον* sumendum hîc est in-
definitè sine ulla Personæ aut Numeri consideratione. Hinc alii
cum *Beza & Gomaro* perinde esse existimant, sive in primâ sive
in secundâ legatur Personâ. Nos autumamus optimam eorum
esse sententiam, qui vocem hanc *ἐλαβον* in tertiâ efferunt plurali,
quod satis superq; vox *ἔδωκαν,* sequenti versiculo occurrens, quæ
per copulam *καὶ* cum *ἐλαβον* conjuncta est, ostendit, dumque de-
fensores primæ Personæ *Syriacam* afferunt *Versionem* eidem
opponimus *Æthiopicam & Arabicam,* ex quibus hæc adhibet vo-
culam $\text{---} \text{---} \text{---}$ quæ est 3. pl. Masc. Conj. 1. Activ. â R. $\text{---} \text{---} \text{---}$ quod
per omnia cum *Ebræorum* $\text{---} \text{---} \text{---}$ cepit, prehendit, apprehendit
&c. congruit. Illa reddit $\text{---} \text{---} \text{---}$ quæ etiam est 3. Pl. M. Con-
jug. PALA seu primæ. R. $\text{---} \text{---} \text{---}$ sumpsit, cepit, cui *Ebreorum* $\text{---} \text{---} \text{---}$
respondet. Addimus his *Versionem Vulgatam & Tigurinam,*
quæ reddunt *Acceperunt* & *Megalandrum nostrum,* qui vertit.
Ste haben genommen. Caterum uti interpretatio Prædicati
in hâc voce varia est, sic etiam ipsum Subjectum, seu quinam
hîc dicuntur accepisse, variat. Qui enim primam adhibent
Personam, subintelligunt Prophetam de se loquentem: Et ego
(Propheta) *accepi:* Qui indefinitè sumunt, certum Subjectum
non intelligunt, unde *Grotius* ait: (9) *Factum hîc notatur, non*
quis faciat. Qui verò tertiam adhibent Personam, *Judæos* seu
summos *Sacerdotes & Principes populi* subaudiunt: Quæ expli-
catio tam *Textui,* quàm ipsi *Historiæ* omnium convenientissi-
ma est.

(9) cl. l.

S. 23. Quid verò acceperint seu *pretium ipsum* dicitur τὰ ἰ) Lexic.
 τειδνοντα ἀργύρα. Vox τειδνοντα nullâ indiget expositione, un- Græc. Latino.
 de adsequentem, inquâ plura erunt notanda, progredimur. Est illa κ) p. 47.
 Pluralis Numeri, à singulari ἀργύρων, quod communiter signifi- λ) Lexic.
 cat *Argentum* & deinde per Metonymiam *Pecuniam*, uti ex Gil- Græco-La-
 lio (i) & *Instit. Ling. Græc. ad S. Apparatus instructionem* (κ) vi- tin. p. 301.
 dere est. Denotare hanc vocem omnem pecuniam 'argento, μ) *Diction.*
 auro æreve constantem, *Job. Walderus* (λ) & *Conradus Gesnerus* Græco-La-
 (u) tradunt. Hoc in loco hæc vox à nonnullis Interpretibus Ad- tin.
 jectivè sumitur, & subintelligunt νομισματᾶ. Hinc *Hugo Gro-* v) ad h. l.
tius (v) ad vocem hanc ἀργύρα addit supple νομισματᾶ. Nos ξ) in *Matth.*
 dicimus eam vocem hîc Substantivè sumi, & certum pecuniæ p. 140.
 genus denotare, quod & *Piscator* asserit, dicens: (ξ) *Nomen Græ-* o) *Lex. Tal-*
cum Substantivum est, sonans argentum; Est igitur Metonymia mud. Rab-
materie. Intelliguntur enim argentei nummi. Syrus adhibet bin p. 1066.
 vocem לָמַנְו à R. Ebraicâ קָסָר concupiscere, appetere, desi- 1067.
 derare. De quâ videantur *Buxtorff.* (o) *Förster.* (π) *Marc.* π) *Diction.*
Marinus (ρ) *Pagninus* (σ) & *Edmundus Castellus.* (τ) Ipsa vox קָסָר Hebr. p. 388.
 variè quidem in S. literis accipitur, uti ex *Leusdenio* (υ) appa- ρ) *Arc. Noe.*
 ret. Quotiescunque autem vox קָסָר sine certâ determinatione p. 328.
 in Sacris invenitur, intelligitur illud monetæ genus, quod E- σ) *Epit. The-*
 bræi vocant שקל. Unde etiam ἀργύρων idem ac שקל, quod saur p. 48.
 derivatur à R. שקל appendit, ponderavit. Veteres enim Ebræi τ) *Lexic.*
 Syri & Chaldæi pecuniam non tam numerabant, quàm pondera- Heptaglot. p.
 bant. Hinc & vox שקל sapi9 in V. T. pro Pondere accipitur. (φ) 1771.
 Sed ἀργύρων respondet Siclo nummo, eique non Ethnico, qui υ) *Philol.*
 inter Persas & Egyptios, referente *Hosto*, (χ) in usu fuit, sed Ebraico. *Mixt. Diff.*
 Hic verò iterum à nonnullis variè subdividitur, vel ratione ma- φ) *Num.*
 teriæ in aureum & argenteum, vel ratione objecti & usus, idque VII, 19. 31. 55.
 aut quintupliciter in 1. Civilem sive Publicum, quem *Minorem* ap- 1. Sam. XVII
 pellant 2. Sacrum 3. Regium, 4. Numismaticum 5. Publicum, 5. 7. II. Paral
 quem *Majorem* vocant, aut, (quæ communissima divisio esse III, 9. *Ezech.*
 solet) in Sacrum & Communem. Sacrum appellant שקל הקדש IV, 10.
 Communis à Rabbinis referente *Buxtorffio* (ψ) vocatur שקל χ) c. l. p. 521.
 חול של Siclus profanus, vulgaris & communis. Item 522.
 המדינה שקל Siclus Provincialis & שקל המלך Siclus ψ) *Lex. Tal-*
 Regius. mud. p. 1488'

a) c. l. **Regius.** Hanc Sicli divisionem in *Communem & Sacrum* præter
 a) Lib. IV. §. Buxtorffium (ω) defendunt Hostus (α) Waserus (β) Job. Conrad. Die-
 7. Cap. I. tericus (γ) Job. Leusdenius (δ) Otho Gualperius (ε) Flacius (ζ) & plu-
 β) De Num- rimi de re monetaria Scriptores. Nata inde non exigua apud Phi-
 mis Ebr. c. 5. lologos de utriusq; Sicli valore controversia, an sc. sacer profano
 γ) in Antiqu. alterâ parte major fuerit nec ne? quibusdam affirmativam, qui-
 Bibl. p. 728. busdam negativam defendentibus sententiam, uti ex Hottingero
 δ) Phil. Mixt. (η) cognoscimus. Nec minori laborat quæstio illa varietate, utrum
 Diss. 28. p. 189. Siclus sacer rebus tantum Sacris, an verò etiam profanis fuerit con-
 ε) Syllog. Voc. secratus? Quidam enim cum Casp. Waseo (θ) affirmativam, quidam
 Exot. N. T. p. cum Job. Conr. Dieteric. (ι) negativam, quidam deniq; cum Leusde-
 130. nio (κ) utramq; amplectuntur sententiam, & sic hæc divisio Sicli
 ζ) Part. I. in Sacrum & Communem non leves parit controversias. Sed juxta
 Clav. Script. accuratissimam Excell. Dn. J. Petri Titii, Præceptoris ac Patroni æ-
 p. 1162. ternum colendi observationem (λ) Viri quidam doctissimi unum
 η) Diss. III de saltem Siclum sc. Sacrum agnoscunt. Agnoscunt a. hunc unum Siclū
 Numm. Ori- Sacrum s. Argenteū Villalpandus (μ) Arias Montanus (ν) Ribera (ξ)
 ental. p. 124. & Magn. D. Calovius, qui prolixissime de hæc distinctione (ο) agit.
 θ) c. l. i) c. l. §. 24. Figura horum Siclorum s. Argenteorum hæc fuit, ut in
 α) c. l. alterâ patte conspiciendum sese præberet vel vasculum, quo Man-
 λ) Comment. na servabatur in Sanctuario, vel thuribulum & fumus adscendens
 Numm. Cap. cum hæc Epigraphe Samaritanâ: 2 א פ מ ז פ מ aut Ebraicâ שקל
 XVII. §. 5. p. 349. Siclus Israelis, vel ut Hostus (π) habet שקל ביהוה
 in Israel. In alterâ verò Virga Aaronis efflorescens, vel juxta Bal-
 μ) de Appar. duinum Waleum (ρ) Palma seu ramus cum hæc inscriptione:
 Templ. lib. 2. פ מ ז פ מ ז פ מ aut ירושלים הקודשית Jerusalem sancta.
 cap. 28. Fuere juxta Dietericum & Leusdenium Sicli, qui tempore Davidis
 ν) in Tubal- & Salomonis excussi, in quorum alterâ parte hæc exstiterunt voces:
 Cain. p. 14. דוד המלך ובנו שלמה המלך in alterâ: ירושלים עיר הקודש
 ξ) in Amos Pluribus de his figuris egerunt easq; expresserunt Waserus, Anton.
 VIII, 15. Augustinus, Job. Baptista Villalpandus, Morinus, Seldenus & alii. Fu-
 ο) Tract. de erunt etiam variæ hujus Sicli Sacri seu Argentei partes, de quibus
 Nummis E- Magn. Dn. D. Calov. (σ) & Excell. Dn. Titius (τ) Patroni ac Præcepto-
 braor. p. 175. res colendi, videantur. Addi poterunt Caspar Waserus (υ) Matthias
 278. Hostus (φ) Brianus Waltonus (χ) & Job. Leusdenius (ψ). His inspe-
 π) Lib. IV. C. Etis Lector famem satis explebit. §. 25.
 I. §. 12. p. 619. ρ) Comm. in N. T. p. 188. σ) de Nummis Ebr. c. VI-XI. τ) Comm. Num.
 c. XVII. & XXV. υ) de Numm. & Pond. Ebr. φ) de re numm. l. IV. c. VI. VII. VIII.
 ψ) in Appar. Bibl. de Pond. Ebr. C. I. Sec. 1. λ) Philolog. Mixt. Diss. 28. 29. 30.

§. 25. Pergimus igitur potius ad Valorem Argenteorum seu Siclorum, quem ex ipsorum Rabbiorum scriptis investigare possumus. Sic n. de Siclo R. D. Kimchi (ω) inquit: השקל ארבעה זוזא *Siclus continebat quatuor Susas. Susa a. valet Drachmam Atticam seu Denarium Romanum, qui efficit tres grossos Misnicos. Eodem modo R. S. Jarchi (α) ait: השקל משקלו ארבעה זוזים שהם שקל אחד וזוהי באכת חצו* *Siclus pendet quatuor Drachmas, quæ dimidiam unciam valent ponderis genuini in coloniâ usitati. Similiter R. Isaac Abarbenel (β) dicit: חנה הקרה יהוה לפני שקל הקרש אחד והוא היום בירו ומשקלו באכת חצו* *Eccē ego DEi beneficio accepi unum Siclum Sacrum & hunc ad hodiernum diem possideo, & pendet reverâ semiunciam. Assensum huic Rabbiorum explicationi non solum Josephus (γ) (inquiens: Ὁ Σίκλος νόμισμα Ἐβραίων ὄν, Ἀττικὰς δέχεται δραχμὰς τέσσαρας. Siclus, Numisma Ebraeorum recipit Drachmas Atticas quatuor.) verum etiam omnes Nummorum Ebraicorum scriptores §. præced. à nobis citati, præbent, qui Siclum quatuor Drachmarum Atticarum faciunt, quibus dimidius Thalerus Imperialis æquatur.*

§. 26. Dum igitur de valore unius Argentei s. Sicli constat, haud difficilis erit Suppuratio triginta argenteorum, quorum in Textu nostro mentio fit. Interim tamen variæ à viris alioquin doctissimis, afferuntur explicationes. Quidam enim hinc in Defectu quidem in Excessu peccant. In Defectu peccant, qui nimis exiguam conficiant summam, ex quibus alii per Argenteos intelligunt Denarios tantum Romanos. Denarius a. Romanus, uti accuratissimi Denariorum Scrutatores Excellentissimus Titius (δ) Patronus honoratissimus & Job. Fred. Gronov. (ε) satis explicarunt, idem est, quod Græcorum Drachma, quæ saltem quarta Sicli vel Argentei pars, & sic 30 Argentei conficerent 3¾ Mthl. Sed concedimus quidem vocem ἀργύριον semel in S. literis (ζ) pro Denario Romano accipi. Sed hoc in loco non de Romanorum, verum de Judæorum Nummis sermo est, ubi quodlibet ἀργύριον quatuor significat Danarios, uti §. præcedenti probavimus. Alii sequuntur Budæum, qui (η) jactat se unum ex his Argenteis Parisiis vidisse, fuisseq; eum Didrachmum, cum quo Marloratus facit, & sic summa 30 Argenteorum efficeret 7½ Mthl. Ast parum Fidei illis nummis, qui ibidem inveniuntur, tribuendum; Alii deniq; cum Henrico U-

ranio esse.


①) *Lib. de re nummar.* (9) existimant, Argenteum valuisse trientem aurei Gallici sicq; summa XXX Argenteorum esset $1\frac{1}{2}$ Nthl. quod etiam absq; ullâ probatione affertur. In Excessu verò peccant, qui nimis ingentē supputant Summam, ad quos meritò refertur Stanislaus Grsepsius Polonus, qui (i) referente Hosto (u) per 30 Argenteos intelligit triginta Siclorum Auri pretia & summulas, quæ summam efficiunt $37\frac{1}{2}$ Nthl. Rationem hanc affert, quia unguentum, in Caput Domini effusum, plus quàm trecentis Denariis (quæ etiam $37\frac{1}{2}$ Nthl. valent) æstimabatur. Unde probabiliter conjicit, Judam tantum à Judæis postulasse & accepisse, quanti unguentum valere putabat, vel quanti non esse venditum indignabatur. Eadem tam quoad verba, quàm quoad Supputationem & probationem, in libro, qui inscribitur *de varijs Siclis & Talentis Ebreorum* (A) nuperq; curante Henrico Günthero Thülemario sine auctoris nomine prodiit, habentur. Sed nobis supputatio illa non arridet, probationemq; judicamus insufficientem. Judam enim in prodendo Magistro suo ad unguentum in caput Domini effusum respexisse, mera Conjectura est. Superest adhuc eorum Classis, qui adhuc majorem computant summam, quorum Antesignanus Joachimus Camerarius existit, dicens (u) se ex Græcorum Commentarijs didicisse, αϰϰεϰα hac singula valuisse δννὰ ϰαϰ ε' h. e. denarios centum, qui Minam conficiunt Atticam. Mina a. Attica valet $12\frac{1}{2}$ Nthl. Et sic 30. Minæ efficerent 375 Nthl. Hanc supputationem præter Torriellum & L. Brugensem amplectitur Baronius (v) afferens duas rationes, quarum altera est testimonium R. Elie Germani, altera est, quod ager triginta Siclis non potuerit emi. Sed ad utrumq; Isaacus Casaubonus (ξ) respondit. Cui addendus Gerhardus (o) & Suarez. (π) Eandem supputationem Georgius Pafor sequitur. Erroneam a. eam esse Excellentiss. Titius, Patronus devenerandq; agnoscens, pro singulari tamen, quâ erga omnes utitur, in odestiâ, de Pafore scribit: (Ϸ) *Aut nos mentem Paforis non percipimus, aut ex ejus supputatione triginta illi argentei forent 300 Ducatones, 375 Thaleri.* Nos mediâ incedimus viâ, asserentes cum Gerardo (σ), Magnif. Dn. D. Calovio (τ) Excell. Titio (υ) Hosto (ϕ) Briano Waltono (χ) Job. Leusdenio (ψ) aliisq; summam XXX Argenteorum conficere XV Taleros Imperiales. Cætera peculiari reservamus Dissertationi.

S. D. G.

05 A 1854

ULB Halle
003 787 826


3



VOM







B.I.G.

Farbkarte #13

Inches
Centimetres

Blue
Cyan
Green
Yellow
Red
Magenta
White
3/Color
Black

طيفه بلاتى ملانى
XIV

IMHMENNOY TIMH,

Sive
DE

ETIO,

ter inæstimabilis æstimatus,

eremiæ vaticinio

. XXVII. Commat. 9 & 10

citato,

TIO PHILOGICA,

Quam

Superiorumq; Indultu,

UB PRÆSIDIO

e-eximij, Præclarissimiq;

RGII Schwanzen/

wald. - Pomerani,

ac Contubernalis sui

oris cultu prosequendi,

IN

RIS LEUCOREÆ

ditorio Veteri,

LXXVIII. die 24 Aprilis

antemeridianis,

ad

auditorum disquisitionem

ublicè proponit

Lofervitz / Stralæfundensis,

or & Respondens.



is CHRISTIANI SCHRÖPTERL